



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Distinctio trigesimatertia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

### Magistri Durandi de

**5. RESPONSIÓ.** Dicitur hic cōmūniter & bene  
q̄ iste ablatius notat quandam habitudinē, potest ergo  
notare habitudinē principii efficientis, & sic est falsa, quia  
nihil genitum efficit sapientiam in filio, & in eodē sensu  
potest concedi q̄ filius est sapiens sapientia ingenta, quia  
filius habet a patre quod sit sapiens. Pater autem dicitur  
sapientia ingenita, sicut Filius dicitur sapientia genita: vel  
potest ablatius notare habitudinem principii formalis,  
sicut corpus dicitur coloratum albedine: & sic adhuc ista  
est falsa. Filius est sapiens, sapientia genita, quia sapientia  
per quam filius est formaliter sapiens, est sapientia essen-  
tialis quae non est genita, licet sit per generationem com-  
municata, quia genitum proprium est illud quod per gene-  
rationem producitur. Et sub hoc sensu potest adhuc con-  
cedi q̄ Filius est sapiens sapientia ingenita, quia genitum  
aliquo modo potest conuenire essentiae, & iste modus lo-  
quendī magis accedit ad proprietatem quam primus. Alio  
modo potest ablatius dicere habitudinem cause subje-  
ctiæ seu materialis, sicut dicimus q̄ corpus est coloratum  
superficie, vel superficies est colorata seipsa, licet autem in  
diuinis non sit proprium subiectum vel materia, tamen po-  
nimus ibi personam, vel hypostasim, quae secundum no-  
strum modum intelligendi se habet quasi subiectum ad  
ea quae sibi attribuuntur, & sic licet videatur aliquibus q̄  
hæc possit concedi, filius est sapiens sapientia genita, id  
est, seipso qui est sapientia genita, tamen est valde impro-  
pria, tum quia filius non est sapientia genita proprium, licet  
sit sapientia, & sic genitus, quia non conuenit ei esse geni-  
tum secundum quod est sapientia, tum quia ly sapientia  
genita videtur esse determinatio prædicati, & non condi-  
cio subiecti ut in illo sensu dicitur.

**6. SIC** tamen procedit primum argumentum. ad pri-  
mam partem.

**7.** Ad aliud dicendum q̄ filius nihil habet nisi genitū,  
id est, quod non acceperit per generationē, & non q̄ esen-  
tia, vel essentialia sunt genita, sed solū per generationem  
communicata.

**8.** Alia argumenta bene probant quod formalis prædi-  
catione hæc est falsa, Filius est sapiens sapientia genita,  
quod concedo.

Sententia huius distinctionis **XXXIII.**  
in generali & speciali.

**P**ost supra dicta. Superior determinauit Magister de  
essentia, personis et proprietatibus. Hic vero determinat  
comparationes illorū ad inuicem. Et diuiditur in du-  
as partes. Primo ostendit qualiter proprietates compara-  
tur ad essentiam, & personam. Secundo qualiter personæ  
ad essentiam comparantur. Secunda in principio, i.e. dif-  
ficiens autem ad dicendum. Prima est præsentis lectionis.  
Et diuiditur in tres partes. Primo mouet dubitatio-  
nem. Secundo determinat. Tertio excludit errorē. Secun-  
da ibi, quod enim. Tertia ibi, hic autem aliqui negant.  
Prima diuiditur in tres. Primo probat quod proprietates  
sunt in personis. Secundo quod sunt ipsæ persona. Ter-  
tio q̄ sunt ipsæ natura diuina. Secunda ibi, superior quoq;  
Tertia ibi, cum q̄ de simplicitate. Illa verò pars in qua ex-  
cludit errorē diuiditur in duas. Primo ponit errorē  
sive falsam positionem. Secundo ponit confirmationem  
erroris & solvit. Secunda ibi, si inquietum. & hæc secunda  
diuiditur in duas. Primo ponit errorē & erroris confir-  
mationem per duas rationes. Secundo per autoritates. Se-  
cunda ibi, verum tamē nondum desistunt. quarum prima  
diuiditur in quatuor. Primo ponit rationem quae proba-  
tur q̄ proprietates non sunt in persona. Secundo inducit ratio-  
nē, quae probatur q̄ proprietates non sunt in essentia. Tertio pro-  
bat q̄ proprietates non sunt in essentia. Quarto excludit  
quandā obiectiōnem. Secunda ibi, sed iterum addit. Ters-  
tia ibi, ceterum hæreticorum. Quarta ibi, fed forte quæ-  
res. Hæc est diuisio lectionis in generali.

**2. IN SPECIALE.** Verò sic procedit Magister, &  
querit primo vtrū proprietates sunt ipsæ persona, an vtrū  
sunt ipsæ diuina essentia. Postea solvit & ostendit primo q̄  
proprietates sunt in ipsis personis, proprietates enim ab  
æterno fuerunt sicut & persona, ergo fuerunt in personis.  
Postea ostendit quod proprietates sunt ipsæ persona, pro-  
prietates enim sunt in personis, ut dictum est. sed in per-  
sonis nulla est diuersitas, ergo proprietates sunt ipsæ diu-

### Sancto Porciano

ne persona. Postea ostendit quod proprietates sunt ipsa  
diuina essentia, quia diuina essentia propter eius simplici-  
tatem est quicquid habet, sed diuina persona & natura  
habet proprietates, ergo proprietates sunt ipsa natura &  
persona diuina, quod etiam confirmat per autoritatem.  
Postea ponit errorē dicentium quod licet proprietates  
sunt in personis, non tamen sunt ipsæ persone, sed sunt  
quali extrinsecus affixa. Postea secundum hunc errorē  
inducit duas rationes & solvit, quarā vna est talis. Si pro-  
prietates sunt personæ, ergo non distinguuntur personas,  
nec determinantur: Idem enim non determinatur, nec di-  
stinguitur seipso. Respondebat autem ad hanc obiectiōnem,  
non est inconveniens personas distinguiri scipis. Postea po-  
nit aliam rationem, per quam probat quod proprietates  
non sunt essentia, quæ talis est. Proprietates sunt diuina  
essentia, ergo sicut diuina per longum dicuntur conuenire in  
essentia, ita dicuntur conuenire in proprietatibus, quod  
falsum est. Ad hanc rationem respondet quod hoc vide-  
tur propter sui altitudinem excedere omnem intellectū.  
Postea ponit aliam rationem, per quam probat q̄ proprie-  
ties non sunt in diuina essentia, quia illud in quo est pa-  
ternitas est pater, & in quo est filiatio illud est filius. Si  
ergo res vna habet paternitatem & filiationem eadem res  
erit pater & filius quod est inconveniens. Et respondet ad  
hanc rationem, quia essentia licet habeat paternitatem &  
filiationem, nō tamen est pater & filius, nec generat, nec  
generatur, quia proprietates non sunt in ea, vt determi-  
nantes, & distinguentes eam. Postea excludit quandam  
obiectiōnem quæ ex dictis posset oriri. Postea enim quis  
querere quomodo proprietates non distinguunt essentia  
personarum in qua sunt, sicut distinguunt personas in quib-  
us sunt, & dicit Magister q̄ hoc exprimere est supra in-  
tellectum nostrum. Ultimo ponit quasdam autoritates per  
quas videtur probari q̄ aliud in diuinis sit substantia, &  
aliud proprietas. Et respondet q̄ Aug. nō intendit per illas  
autoritates dicere proprietates esse aliquid diuersum  
ab essentia, sed intendit nominare inter illa diuersitatem  
rationis. Et in hoc terminatur, &c.

### QUESTIO PRIMA.

Vtrum in diuinis essentia & relatio diffe-  
rant aliquo modo realiter.

*Thom. I. q. 28. ar. 2. Caiet. I. q. 39. ar. 1.*

*Dur. I. d. 1. q. 2. nu. 14.*

**C**irca distinctionem istam primo queritur, vtrum in  
diuinis essentia & relatio differant aliquo modo rea-  
liter. Et arguit q̄ sic, quia illa quorum quolibet est ve-  
ra res, & vnu inueniuntur in aliquo supposito sine alio diffe-  
runt aliquo modo realiter, sed essentia diuina & quilibet  
relatio sunt huiusmodi, quia essentia diuina est in quolibet  
supposito diuino, nulla autem relatio est in duobet  
eorum, quia paternitas non est in filio, nec filiationi in pa-  
tre, nec aliqua eorum in spiritu sancto, quare &c. Si dicatur  
q̄ illa quoruū vnum inueniuntur in aliquo supposito sine  
alio non oportet q̄ differant aliquo modo realiter, sed  
sufficit q̄ non sint idem adæquatæ & conuertibiliter, &  
sic est de essentia & quilibet relatione. Contra illa que  
nō sunt idem realiter omnibus modis aliquo modo diffe-  
runt realiter, sed essentia & relatio secundum istam respon-  
siōnem non sunt idem realiter omnibus modis, quia esse  
idem adæquatæ & conuertibiliter est quidam modus iden-  
titatis realis, qui nō est inter essentiam & relationem,  
ergo ex hoc quod non sunt idem adæquatæ & conuertibiliter  
sequitur necessario, vt videtur q̄ differant aliquo modo realiter.

**2. Item** arguitur ad principale. Secundo sic per syllo-  
gisum expositorum. Hæc essentia est paternitas, & nul-  
lo modo ab ea realiter differens. Hæc essentia est filiatio,  
& nullo modo ab ea realiter differens, ergo paternitas est  
filiatio nullo modo ab ea realiter differens, conclusio est  
fallax, ergo aliqua præmissarum & qua ratione vna & alte-  
ra, igitur dicere oportet q̄ quilibet relatio differat ali-  
quo modo realiter ab essentia.

**3. Itē** pater & filius differunt realiter, aut ergo sola rea-  
litate essentiae, aut alia, nō sola realitate essentiae, quia tunc  
differ-

Lib. I. Distinctio. XXXIII.

different diuinitate, & sic essent plures dii, quod est hæreticum, ergo differunt alia realiter, sed illa non est nisi paternitas & filiatio, ergo paternitas & filiatio dicunt aliam realitatem a realitate essentiae, & ita differunt alias quo modo realiter.

4 Item id quod secundum se totum est respectus secundum nihil sui est absolutum, sed qualibet relatio realis, secundum se totum est respectus, vt patet ex eius distinctione, ergo secundum nihil sui est absolutum, ergo non est realiter.

5 IN CONTRARIUM arguitur sic primò, quia illa que de se inuicem prædicantur in abstracto sunt idē realiter, sed essentia & qualibet relatio sunt huiusmodi, quia haec est vera, paternitas est essentia, & essentia est paternitas, & idem est de qualibet relatione diuina, ergo sunt idem realiter.

6 Item omnis res vel est diuinitas vel creatura, sed re latio diuina non est creatura, ergo est diuinitas.

7 Item si essentia differat realiter a relatione in diuinis erit quaternitas rerum, quia omnis res, ponit in numerū cum alia re, sed illud est error condemnatus in concilio generali extra summa trinitate. & si. catho. cap. dñnnamus, ergo idem quod prius.

8 Item vbi cuncti sunt plura realiter differentia in eodem supposito, ibi est vera cōpositio, sed in diuinis nō est cōpositio aliqua, ergo essentia & relatio que concurrunt ad quo dicitur suppositum non differunt realiter.

9 RESPONSO. Circa questionē istam facienda sunt tria per ordinē, quia primò videbitur quid sit differre secundum rationē: Et quid sit differre realiter. Et secundo ponetur quædā distinctio utrīus ad propositū declarandum. Et tertio respondebitur ad principale quæstūm.

10 Quantum ad primum sciendum est quod cum idem & differentes diuidentes, sicut ens dupliciter accipitur, sic identitas & differentia. Ens autē uno modo accipitur pro omni illo quod habet esse in re extra circumscrip̄tō omni operatione animæ vel intellectus, & ita vocatur ens reale. Alio modo accipitur ens pro eo quod nō habet aliquam entitatem, nisi per operationē intellectus, quia sic cōcipitur, ita quod sic concepti est totum suum esse sicut genus, & species, & omnes intentiones logicæ, & ita est ens in anima, seu ens rationis. Et proportionaliter est quædā identitas & differentia realis, & quædā solū secundum rationē, quia illa differunt realiter quæ differunt ex natura rei existentis extra animam circumscrip̄tō omni operatione intellectus, & per oppositū illa que sunt in re extra & predicto modo non differunt, sunt idem realiter, ratione vero differunt illa que sunt plura entia rationis sicut intentio generis, vel speciei, vel vni & idem re cui competunt diuersae rationes, sicut eadem res concepta indefinite & cōcepta diffinītivo modo differunt a seipso ratione, & per oppositū illa sunt idē ratione quæ nec sunt diuersae rationes, nec clivis entia rationis, nec concipiuntur sub diuersis rationibus, & sic patet primū, scilicet quid sit differre realiter, & quid sit differre secundum rationē.

11 Quidam tamen dicunt quod ad illud quod dictum est de differentia reali addendū est quod cunctæ differunt realiter unum non est alterum, sive termini differenti se habent postivū ex una parte, & negatiū ex alia, sicut ens & non ens, visus & cæcitas, sicut se habeat ex viro & parte postivū, sicut quantitas & qualitas, quia nō ens non est realiter ens, nec cæcitas est realiter visus, nec quantitas qualitas.

12 Hanc conclusionem probant duplīciter. Primo sic, Illa que dicitur differre realiter, aut vnum est realiter alterum, aut non, si sic ergo talia in eo quod talia, sunt realiter idem, ergo si sunt cum hoc diuersa realiter, sequitur quod sunt eadē realiter & diuersa realiter, sed idem & diuer sum respectu eiusdem, et cōdē modo sunt opposita, inerunt ergo opposita eidem quod est impossibile, si nō, habetur propositū, scilicet quod illa que differunt realiter vnum eorum nō est realiter alterum. Secundo sic, quia sicut differre ratione se habet ad non esse idē ratione, ita differre realiter ad non esse idē ratione, ita differre realiter ad ea que differunt re, sed ea que differunt ratione vnu non est eiusdem rationis cum altero, ergo illa que differunt re, vnu

Quæstio I.

89  
non est idem re cum altero, & per consequens vnum nō est realiter alterum.

13 Sed istud non viderur bene dictū, quia vel primum nō sufficit sine illo addito, vel quanvis primū sufficiat ramen ad ipsum necessario sequitur illud additum. Nō potest dici quod primū non sufficit sine quoconq; addito, quia oīs differentia que ex natura rei circumscrip̄tō omni actū ratiōis est realis, quia sicut nō est mediū inter ens realē & rationis, sic nō est mediū inter differentia realē & differentia rationis, & ideo illa differentia que nō est rationis, sed est circumscrip̄tō omni actū ratiōis, necessario est realis. Cū igitur illa differentia que est ex natura rei circumscrip̄tō omni actū rationis sit huiusmodi, patet quod ad differentiam realem sufficit hoc solū quod sit ex natura rei circumscrip̄tō omni actū rationis, nec requiritur aliud additū. Si vero dicitur quod illud additū necessario sequitur ad primū sicut ista videtur sentire vt patet ex rationibus eorū. Cetera, quia si in ente reali inuenitur talis differentia, quod aliquando in sua reali & singulari entitate accepta sicut habet quod sicut idē re aliter, sed nō adæquatē, & cōvertibiliter, de talibus est verū quod vnum est alterū, quia sunt idem realiter, & tamen differunt in hoc realiter, quod nō sunt idem adæquatē & cōvertibiliter cum hęc differentia sit ex parte rei circumscrip̄tō omni actū rationis, sic autem est in diuinis etiam secundum istos, quare &c.

14 Ad primā rationē eorū patet responsio ex iam dīctis, quia esse idem realiter uno modo & differre realiter alio modo nō sunt opposita, sed sic est de illis que sunt idē realiter, & nō adæquatē, quia sunt idē realiter inquantū vnu predicatorē altero realiter, sed in hoc sunt diuersa realiter, quia vnu eorum predicatorū realiter de aliquo de quo alterū nō predicatorē, sicut magis patebit inferius. Ad secundā rationē dicendū ē in creatura nō inuenitur quod illa que differunt rationē sint vna ratione sicut secundū illā rationē, nec quod illa que differunt realiter sint idē realiter, sicut vna rem singulariter accepta, & ideo in illis tenet cōparatio quā illi facit, quia que sunt idem re vel ratione sunt idē secundū illam re vel ratione adæquatē, sed in diuinis inueniuntur identitas realis nō adæquatē, & ideo secundū illā est realis idētatis vno modo, & aliqua realis differentia alio modo sicut prius dictum est.

15 Quantū ad secundum notandum est quod cum realē dīcatur ē re, gradus est in reali sicut est ē re, res autē nō discutitur vniuōce de omnib; de quibus dicitur, sed equiuōce, vel analogie, hoc est, secundū plures rationes quarū vna attributionē habet ad alterā. Cū enim rerū quædā sint absolute, & quædam sunt puri respectus, res dicitur per prius, & simpliciter de re absoluta de qua dicitur formulariter predicatione dicente, hoc est hoc, sicut dicimus quod albedo vel quantitas est res, & fortiori ratione subtiliter est res, vel ens reale, per posterius autē, & secundum quid solū dicitur de respectu, qui non est res, vel ens reale, nisi quia est rei tantum modus essendi eius, & idem est de omnī modo essendi, puta de modo subtiliōne per se, & de modo essendi in alio: & de eo quod est tangere & tangi in corporib; quia nihil talium est secundum se entitas, nisi quia formaliter est modus entitatis, & totus conceptus esentialis & formalis talium, est esse alterius. Nam quāuis omnis accidens sit ens, quia entis vni dicitur. Metap, tamen aliter & aliter conuenit hoc absolūte & respectibus, & vniuersaliter omnibus modis essendi, quia ab solūta sunt entia, quia entis, nō quidem esentialiter & formaliter, sed solūn \* concomitatiū, quia non essent naturaliter nisi essent in alio. s. in substantia, tamē sua quiditas nō est esse in alio, imo præter hoc habent suam formalem entitatem & quidditatē, sicut quantitas in sacramento altaris habet suam formalem entitatem, & quidditatē absq; hoc quod sit in alio vel sit alterius vt subiecti, & idem est de albedine & huiusmodi, respectus autem & vniuersaliter omnes modi essendi sunt entia, quia entis non solūn concomitatiū, sed quidditatē, & formaliter, quia nullam entitatem habent, nisi hanc quae est esse huius. Verbi gratia, albedo quod est esse huius, vt subiecta pura cygnus, est aliqd esentialiter preter esse huius, quia esse huius nō est eius esētia, sed modus esēdi, sed iste modus esēdi qui est esse huius nō est quidditatē & formaliter aliqua natura vel entitas nisi esse huius, & totus conce-

\* aliqd dēg  
minatē

M p̄tus

## Magistri Durandi de

ptus eius quidditatius & formalis est cōcipi non ut hoc vel quid, sed huius vel eius, & qui aliter concipit, non con capit modum essendi, sed genē cuius est modus denomina tiū. Verbi gratia, cōponi & tangi sunt modi essendi reales rerum componentium & tangentium importantes for lam realem habitudinem talium, partes ergo compositi, scilicet materia & forma, vel etiam subiectum & accidens sunt res quarum sunt illa habitudines seu modi essendi qui importantur per componi, vel per cōpositionem qui modi sunt in alio, & in quo aliud, & eis denominatiū conuenient, forma enim dicitur esse in materia, & materia in qua est forma, & verumque est verum denominatiū & non essentialiter, quia essentia partium cōpositi non est sic esse, sed essentia vel quidditas seu entitas horum modorum tota constituit in hoc quod est esse huius, quia composi tio non est aliud quam formam inesse materię, & materię subesse formę, propter quod exulta materię & formę quorū neutrū, nec vtrumque est formaliter & quidditatiū cōpositio, cōpositio non est aliud quam esse huius, & idem est de tactu relpectu tangentium, & ideo impossibile est concipere cōpositionem vel tactum, ut quandam rem vel entitatem secundum se essentialiter & formaliter nisi huius ad hoc puta materię ad formā quo ad composi tionem, vel corporis ad corpus quo ad contactum, & id est de omni modo essendi.

16 Ex hoc sequuntur duo, vñ est quod nulli modo es sen di competit per se subsistens, vel esse alteri inhärens, quia omne tale est res habens modum essendi competentē ei denominatiū, sed nihil quod sit purus modus essendi habet modū essendi cōpetentē ei denominatiū, quia tunc vnius modi est etiam aliud modus, & sic in infinitū, ergo nihil quod sit purus modus essendi est per se subsistens vel inhärens, sed essentialiter ipse modus essendi per se vel inhärens alteri quibus hac denominatiū competunt.

17 Secundum est, quia nullus modus essendi facit cōpositionem cū re cui conuenit denominatiū, vnde compo sitione qui includit duos modos essendi, scilicet modum essendi ut in alio, & modum essendi ut in quo aliud quo rum primus denominatiū competit formę & secundus materię, non facit cum aliqua dictarum partium compositionem, quanvis differat aliquo modo realiter ab utraqꝫ quinimō tota cōpositio est illarum rerum quibus huiusmodi conuenient denominatiū, scilicet materię & formę. Cuius ratio est quia omnis talis cōpositio est per hoc quod vna res inhärens alteri. Modus autē essendi ne per se subsistens nec inhärens ut statim probatum est, quare &c.

18 Hoc etiam patet ex alio, quia si humanitas Christi dimitteretur à diuino supposito & per se substitueret ipsa quidē haberet aliud modū realem essendi quam prius, sed nō aliud compositionē. Clarissimum etiam est in tactu, quia nullum tangentium est secundū se cōpositum quod si non tangereat aliud, & tamē tangere vel tangi est realis modus es fendi differens aliquo modo realiter ab utroqꝫ tangentium, cum illa possint manere soluto tactu.

19 Ex his ergo patet quod res & ens dicuntur per prius & simpliciter de essentiis & naturis que sunt secundi se quēdam entia, vel quedā res formaliter, & non quia sunt res rei vel entis nisi in quibusdā, & tunc denominatiū & non essentialiter. De modis autē essendi cuiusmodi sunt respectus, & alii modi si qui sint, dicuntur ens & res per posterius, & secundum quid, quia nō sunt res vel entia nisi quia sunt entis & res nō solū denominatiū seu cōcomitatiū, sed essentialiter, quia esse eorum est habitu aliorum.

20 Veruntamē contra ista instatur dupliciter. Primo cōtra illud quod dicitur est quod nec respectus, nec aliquis modus essendi habet aliquam entitatem nisi hanc quae est esse huius vel illius, quia illud quod est solū huius vel illius, & non hoc vel illud cū nullo constituit in recto, sed in obliquo, sed respectu est verū dicere quod sit respectus, & de modo est verū dicere quod est modus, ergo tota entitas istorum non est esse huius. Secundo instatur cōtra illud quod dicitur est quod nulli modo essendi cōpetit quod sit per se subsistens vel alteri inhärens, quia omne quod est, vel innititur alteri vel non innititur, sed quod non innititur alteri subsistit per se, quod autē innititur alteri ei inhärens, ergo omne quod est, oportet quod sit per se subsistens,

## Sancto Porciano

vel alteri inhärens, cuius oppositum dictum est de modis essendi.

21 Ad primum istorum dicendum est per interemptio nem maioris, quia constructione vel prædictio in recto nō arguit aliquam entitatem, alioquin nō esset verum dicere cæcitas est priuatio, vel quod in oculo sit cæcitas; quia cæcitas & priuatio & vnuerū alteriter omnis negatio nō sunt enititates secundum se. Et confimulter potest dici quod relpectus est modus essendi, quanvis nō sit aliqua realitas, nisi quod est essentialiter alterius, & non solū cōcomitatiū, ut modo prius expoſito. Oportet enim de entibus & nō entibus, & abſolutis & relpectibus loqui in omni casu, & qui vellet variare naturas rerum secundum casus grammaticales, multum erraret.

22 Ad secundum dicendum quod non omne quod innititur alteri est inhärens, omnis enim res innititur sua causa conferuant, quia defineret esse sublitracta & influentia sua causa conferuant, & tamē non omnis res habet causam conferuantem est inhärens, inquit multa sunt per se sublitractentes. Alto modo innititur vna res alteri ut suo subiecto & sic omne accidens abſolutum innititur alteri, & omne rale inhärens & solum rale. Alio modo innititur aliquid alteri sicut suum fundamento sicut omnes modi es fendi, & tale non inhärens, quia modus essendi per se innititur suo fundamento sicut modus essendi ad aliud, vel in alio & tamē non inhärens, quia per modū essendi in haren̄tē res nō diceretur formaliter per se subsistens, & idem est de aliis modis. & causa dicta fuit prius, quia omnes res per subsistens, vel inhärens est res habens modū essendi & non est modus essendi solum.

23 Quātum ad tertium quod est principale quāsumū dicenscenda sunt tria. Primum est quod differentia essentiæ & relationis in diuinis non est purè & præcisè secundum rationem. Secundum est quod non est dicendum simpliciter & abſolutè quod differentia realiter. Tertium est quod ne cessariū est dicere quod differentia aliquo modo realiter sicut secundum quid & cum determinatione. Primum patet sic, differentia quae est ex natura rei circumscripta omni operatione intellectus non est purè & præcisè secundum rationem. Secundum, est quod differentia essentiæ & relationis est ex natura circumscripta omni operatione intellectus, ergo talis differentia non est purè & præcisè secundum rationem. Maior patet ex dictis de differentia reali & secundum rationem. Minor probatur: quia circumscripta omni operatione intellectus nostrī adhuc in diuino est talis differentia ex natura rei inter essentiā & relationē, quia essentia diuina est in aliquo supposito formaliter in quo non est quilibet relatio formaliter, verbi gratia in parte est essentia diuina formaliter in quo ramen non est filia tio eodem modo realiter, alioquin sicut pater formaliter est Deus per diuinam essentiam existens in eo, sic patet est formaliter filius per filiationem formaliter existens in eo, & sic patet personalis distinctio inter patrem & filium quod est haren̄s Sabelliana. Et idem potest deduci de utraqꝫ proprietate quae nō est in sp̄i. fan. sicut essentia. & sic patet minor. Sequitur ergo conclusio, scilicet quod essentiæ & relationis in diuinis nō differunt purè & præcisè secundum rationem.

24 Secundum sic patet, quae cōtrarie differunt realiter sim pliſciter & abſolutē, sunt diuersa res quā vna nō modo est altera, sed essentiæ & relatio diuina non sunt tales duas res quārum vna nō modo sit altera, ergo non dif ferunt realiter simpliciter & abſolutē. Maior patet, quia cū identitas & diuersitas opponantur, illa quae sunt sim pliſciter & omnino diuersa seu differentia realiter nō sunt aliquo modo idem realiter. Minor similiter patet secundum illud commune dictum quo dicitur quod essentiæ & relatio sunt idem realiter quanvis nō adequare & conuertibiliter, & sic patet secundum.

25 Tertium autē necessario concluditur ex predictis duobus sic, quae differentia quae nō est purè & præcisè secundum rationē, sed est ex natura rei excluso omni actu rationis est aliquo modo realis, sed differentia essentiæ & relationis in diuinis nō est purè & præcisè secundum rationē, sed est ex natura rei excluso omni actu rationis, ergo talis differentia est aliquo modo realis. utraqꝫ præmissarum patet ex præcedentibus. Ulterius cū differentia talis non sit

Sup. d. 10.  
q. 2. Istud  
probatur.

## Lib. I. Distinctio. XXXII. II.

dicenda realis simpliciter & absolute (ut supra probatum fuit) sequitur necessario quod sit dicenda realis secundum quid, & cum determinatione. Illa autem determinatio diuertere ponitur à diuersis.

<sup>26</sup> Quidam enim dicunt quod essentia et relatio differunt quia non sunt idem adaequatae & conuertibiliter, nā paternitas est essentia & nihil aliud, sed essentia diuina est paternitas & aliqua res que non est paternitas; quia est filiatione quae non est paternitas, & sic essentia est in plus quam paternitas, & idem de essentia respectu filiationis & cuiuscunq; alterius relationis.

<sup>27</sup> Alii dicunt quod essentia & relatio differunt sicut res & modus habendi rem illam, cuius modi essendi vel habendi entitas & conceptus quidditarius non est quod sit res alia ab essentia neq; substantia neq; inherens, sed quod sit huius, & differt hinc modus ab essentia ex natura rei, non solum quod essentia est in aliquo supposito in quo non est quilibet modus habendi eam, sed etiam quia formaliter loquendo non ita propriè dicitur, quod paternitas sit essentia vel econuerso, sicut si diceretur quod paternitas est modus essendi vel habendi essentiam diuinam ut à quo est alius per generationem, & hoc videtur dicere Damascenus lib. i. cap. v. b. dicit sic. Omnia quaecunque habet Paternitatem sicut præter non generationem quae non significat substantiam differentiam, neq; dignitatem sed modum existentie, & cap. 13. dicit clarus sic. Ingenitum & genitum & processibile non substantiae sunt significativa, sed eius quae adinveniuntur est habitudinis & existentiae modi. Et Augustinus. 7. de Trinitate reputat absurdum dicere in Deo quod substantia sit relatio, ut infra dicetur, quare relatio propriè est modus habendi essentiam.

<sup>28</sup> Alii dicunt quod relatio & essentia differunt formaliter ex natura rei, quanvis sint idem identicē. Vnde concedunt quod hæc est vera paternitas & essentia identicē, sed hæc est falsa, paternitas est essentia formaliter, quia differunt formaliter ex natura rei, & hanc formaliter non intelligo nisi coincident cum altero dictorum modis, vel includat utrumque, quod verius credo, quia in hoc quod dicunt quod essentia & relatio sunt idem identicē & quod vnum verificatur realiter de alio includunt primum modum quo alii dicunt quod sunt idem realiter. In hoc autem quod dicunt quod non sunt idem formaliter, sed differunt formaliter ex natura rei includit illud quod primi dicunt quod non sunt idem adaequatae & illud quod dicunt secundi scilicet quod differunt sicut res & modus habendi rem.

<sup>29</sup> Ad cuius declarationem est aduertendum quod illa inadæquatio quae est inter paternitatem & essentiam non est sicut inadæquatio quae est vel esset inter sortem & hominem, dato quod homo esset aliquid singulare sicut sortes in plus se habens & sortes, quemadmodum dicimus in diuinis de essentia & paternitate, quia inadæquatio quae esset inter hominem & sortem stante praedicta hypothesi non faceret differentiam formalem, de qua loquimur, quia sortes continentur per se sub homine, & formalitas eius sub formalitate hominis, & ob hoc sortes esset formaliter homo, & per idem esset formaliter sortes, & formaliter homo. Sed in proposito de essentia diuina & paternitate non est sic, quia dato quod paternitas sit in minus quod essentia, tamen non continetur sic per se sub essentia sicut sortes sub homine sumpto vniuersaliter, vel singulariter secundum supradictam hypothesim, quia conceptus vnius pura relationis non includitur in conceptu alterius pura essentiae, vel econuerso sicut conceptus hominis includitur in conceptu sortis, sed sunt conceptus formaliter separati & hoc prouenit ex natura rei propter quod licet paternitas sit in minus quam essentiam, quia est specialis modus habendi essentiam videlicet ut à quo est alius per generationem, tamen non sic continetur per se sub essentia sicut sortes sub homine, ita ut sit eadem formalitas utriusq; eriam ex natura rei, sed alia & alia & ideo hæc non est concedenda, paternitas est formaliter essentia vel econuerso, sicut con-

## Quæstio I.

90

ceditur quod sortes est formaliter homo. Et causa est, quia paternitas ut paternitas, & ut relatio opposita filiationi, in quo etiam differt ex natura rei ab essentia quae eidem filiationi relatiū non opponitur, est merē relatio sive relatiū modus essendi, essentia autē quid merē absolute, et ideo formalitas paternitatis ut paternitas est non est formalitas essentiae ut essentia est, nec sub ea cōtinetur, ut inferius sub suo per se superiori, sed sunt formalitates ex natura rei differentes sicut absolute & econuerso. Quocunq; autem praedictorum modorum dicatur quod essentia & relatio diuina differunt, sive quia non sunt idem adaequatae, sive quia differunt ut res & modus habendi ē, sive quia differunt formaliter, semper sequitur necessario quod differunt aliquo modo realiter, cum quelibet praedictorum differentiarum sit ex natura rei circumscripso omni actu rationis & intellectus: quanvis non sit simpliciter & absolute dicendum quod differant realiter propter causam prius assignatam.

<sup>30</sup> AD RATIONE S. VTRIUSQ; PARTIS RESPONDENDUM EST PROUT POSSIBILE EST IN MATERIA TANGENTE FIDEM QUOD NON POTESIT AB PLENI NORA ESSE VIATORI. CUN ENIM PRIMO DICITUR QUOD ILLA QUORUM VNUM INUENITUR IN ALIQUE SUPPOSITO SINE ALIO DIFFERENT ALIQUO MODO REALITER. DICENDUM EST QUOD ISTUD ARGUMENTUM NON PROBAT QUOD RALIA DIFFERANT REALITER SIMPLICITER, & ABSOLUTE, SED SOLUM SECUNDUM QUID, ET CUM DETERMINATIONE, AUT QUIA NON SUNT IDEM ADAEQUATAE & CONUERTIBILITER UT IBIDE RESPONDETUR, AUT QUIA DIFFERUNT SIC RES, MODUS, & REI, AUT QUIA DIFFERUNT FORMALITER EX NATURA REI. OBJECTO AUTEM QUAE SUBINTINGUITUR NIL ALIUD CONCLUDIT QUAM ILLUD QUOD CONCEPTEMUS EST.

<sup>31</sup> AD SECUNDUM DICENDUM EST QUOD LIBET PRÆMISSARUM ILLIUS SYLLOGISMUS EXPOSITORI NEGANDA EST PRO QUANTO DICIT QUOD ESSENTIA NULLO MODO EST REALITER DIFFERENS A PATERNITATE & FILIATIONE, QUIA SALTEM DIFFERUNT SECUNDUM QUID, & CUM DETERMINATIONE QUAE EST SECUNDUM ALTERUM TRIUM PRÆDICATORUM MODORUM. SI AUTĒ ARGUERETUR SINE ALIO ADDITO FIC, HÆC ESSENTIA EST PATERNITAS, HÆC ESSENTIA EST FILIA, ERGO FAMILIA EST PATERNITAS. DICENDUM EST ALITER, VNO MODO QUOD ARGUMENTUM NON INCLUDIT QUIA ESSENTIA DIUINA LICET SIC QUÆDAM SIMPLEX NATURA, EST TANDEM PROPTER SUAM INFIRMITATEM COMMUNIS COMMUNITATE REALI, PLURIBUS INTER SE DIFFERENTIBUS SCILICET CUILIBET RELATIONI DIUINÆ: PROPTER QUOD SIC IN CREATORIBUS, SI IN SUBIECTO PONERETUR TERMINUS COMBINUS RESPECTU SUORUM SINGULARIUM NON TENERET CONSEQUENTIA, UT DICEDO HOMO EST FORTES, HOMO EST PLATO, ERGO EST FORTES. SIC IN PROPOSITO PROPTER COMMUNITATEM REALEM ESSENTIA AD RELATIONES NON TENET CONSEQUENTIA, & HOC EST SINGULARE IN DIUINIS PROPTER INFINITATEM ESSENTIAE DIUINÆ. VEL POSSET DICI ALITER QUOD NON PROPRIETE DICITUR ESSENTIA EST PATERNITAS VEL ECONUERSO PROPRIETATE FORMALI, QUIA NON SUNT IDEM ADAEQUATAE & CONUERTIBILITER, AUT QUIA DIFFERUNT EX NATURA REI, SIC RES & MODUS, AUT QUIA NON SUNT IDEM FORMALITER.

<sup>32</sup> AD TERTIUM DICENDUM QUOD NON COCLUDIT PLUS NIIS QUOD PATERNITAS & FILIATIO DICUNT REALITATEM ALIQUO MODO DIFFERENTEM AB ESSENTIA QUOD POTEST INTELLIGI. AUT QUIA NON SUNT IDEM ADAEQUATAE & CONUERTIBILITER, AUT QUIA DIFFERUNT EX NATURA REI, SIC RES & MODUS, AUT QUIA NON SUNT IDEM FORMALITER.

<sup>33</sup> AD QUARTUM DICENDUM QUOD MAIOR PROPOSITIO HABET VERITATEM IN CREATORIBUS IN QIBUS PROPTER CARUM LIMITATIONEM RES VNIUS PRÆDICAMENTI NON CONTINET REM ALTERIUS, SED IN DIUINIS ESSENTIA VEL SUBSTANTIA PROPTER SUAM ILLIMITATIONEM CONTINET OMNEM REM QUAE IN DIUINI REPERI POTEST. VEL ALITER POTEST DICI QUOD RELATIO CUM SIT QUID DITARIUM & FORMALITER RESPECTUS NON EST QUID DITARIUM & FORMALITER ESSENTIA, QUANVIS NON SIT ALIA RES NEQ; SUBSTANTIA NEQ; INHERENS, SED SOLUS MODUS ESSENDI, VEL HABENDI ESSENTIAM, QUAE NON EST FORMALITER HOC VEL ILLUD SED HUIUS VEL ILLIUS. EXEMPLUM POTEST PONI DE POMO QUOD SI QUIS HABERET EX SE, & POMUM ID DARE ALTERI, HABERE EX SE, & HABERE EX ALIO NON SUNT ALIA RES A POMO HABITO, NEQ; SUBSTANTIA, NEQ; INHERENS, NEC TANDEM PROPRIETATE DICERETUR QUOD MODUS HABENDI POMI EX SE VEL AB ALIO SIT IPSI POMI, SED EST MODUS HABENDI POMI. ET SIMILITER RELATIO QUAE EST MODUS HABENDI ESSENTIAM DIUINAM & PLURIES DICTUM EST, NON EST PROPRIETATE.

M a essentia

### Magistri Durandi de

essentia & formaliter, quanvis non sit alia res ab ea neq; subsistens, neq; inherens, quia entitas eius vel quidditas non est esse hoc vel illud, sed esse huius vel illius : iei ad hoc vel ad illud, seu quomodolibet alter: nam diffinitio eius quae indicat quidditatem est ad aliud se habere.

34. A D Rationes alterius partis similiter respondenda dum est. Ad primā cū dicitur φ illa que prædicantur de se inuicem in abstracto sunt idem realiter, potest responderi ad hoc φ ralia sunt penitus idem realiter si prædicantur de se inuicem & de aliis ad eūquātē convertibiliter: Si autē non est sic fed' de aliquo reali prædicatur vna de quo non prædicatur aliud, tunc vnum eorum differt ab altero realiter hoc modo scilicet φ non sunt idem adequare, & convertibiliter, & sic est de essentiis & paternitate, quia essentia aequaliter prædicatur de paternitate & filiatione, & tamen vnu eorum nō prædicatur de altero, & sic non excluditur omnino realis differentia inter essentiā & relationem. Ad minorem etiam propositionē dicunt illi qui tenent tertium modum prius tacitum, φ licet paternitas sit essentia idem, non tamē formaliter, & ideo formaliter differt ab ea & ex natura rei. Et idem intelligunt illi qui ponunt secundum modum, scilicet φ relatio non est formaliter & propriè essentia, sed modus habendi cā, quāvis nō sit alia res neq; subsistens neq; inherens, quod videtur insinuare beatus Augustinus, 7. de trin. cap. i. vbi dicit φ omnis res que relatiū dicitur est aliiquid excepto relatio seu relatione, & ex hoc concludit φ in patre p̄r̄ter paternitatem est aliiquid, scilicet essentia. Item eodem 7. ca. 4. dicit φ non est idem Deus esse & Patrem esse, constat autē quod deus deitate est Deus, & paternitate pater, Ergo secundum eum paternitas & deitas non sunt idem penitus. Itē idem habet Auguſt. pro inconvenienti, ut dicunt fuit φ substantia sit relatio & tamen necessario sequitur, essentia est paternitas, & paternitas est relatio, ergo essentia est relatio, & sic Aug. videtur non admittere hanc prædicationem paternitas est essentia vel conuersio & videtur se fundare in hoc quod paternitas non est hoc vel illud, sed huius vel illius, vnde quod aliquid dicitur pater dicitur hoc vel illud sed huius vel illius, pater enim dicitur pater filii & nihil plus ratione paternitatis.

35. Ad secundam rationem dicendum est φ omnis res vel est deitas vel creatura, potest dici primō φ concessa ratio ratione scilicet φ paternitas sit diuina essentia, adhuc non sequitur quin differant aliquo modo realiter, quia licet vnu sit idem quod aliud, non ta nē ad eūquātē & convertibiliter. Secundo potest dici φ sub hac distributione qua dicitur omnis res nō cadit paternitas vel relatio que si non est res sed rei & rotā sua quidditas est vt huius vel cuius, & nō vt hoc vel vt quid. vnde Aug. in Ser. de Trin. dicit φ pater est id quod filius, non tamē filius, ecce φ sub id & quod, nō comprehenditur paternitas, & filiatione, & eadē modo in proposito, & sicut sub id & quod & sub re simpliciter non cadit relatio ita nec sub oppositis, nec dicitur aliud vel alia res. Pater ergo φ sumere vnum sub alio est fallacia figurā dictionis mutando quod in cuius, vel hoc in cuius & rei in modū rei. verumtāmē quantum ad esse creatum vel increatum iudicādū est de modo rei secundum rem cuius est modus, essentia enim diuina cā omni suo modo vel relatio est invenia, & omnis creatura cum omni modo suo est creata.

36. Ad tertiam rationē dicendū est quod in illa decretalesdamnamus. Reprobatur & cōdemnatur opinio Iohachim quārum ad duo. Quorū vnu ipse ponebat, & aliud imponebat Magistro Sententiārum. Iohachim enim sicut verissimus Arrianus ponebat φ pater & filius & sp̄. san. non sunt vnu in essentia & natura nisi collectivū sicut multi homines sunt vnu populus, vel multi fideles sunt vna ecclesia, quod nirebatur probare per multas autoritates sacre scripture vt pater clare intuenti textum illius decretalis. Item imponebat Magistro Sententiārum φ ipse ponebat quaternitatem, quia dicebat patrem generantem & filium genitum, & spiritum sanctum procedentem. Et cum hoc dicebat essentiam diuinam esse quandam summam rem nō generantem nec genitā nec procedētem, &

### Sancto Porciano

ita vt recitat decretalis dicebat quod Magister Pap̄e nō tam trinitatē quaternitatem astruebat in Deo, videlicet tres personas, & illam communē essentiam, quasi quartā, haec sunt verba decretalis. Condemnatur autem ibidem dictū eius quārum ad vtrūq; prædictorū, videlicet quārum ad id φ ponebat personas diuinās differē essentias, & in nulla essentia secundum numerū conuenire, & quārum ad hoc quod dicebat M. P. posuisse quaternitatem & non solum trinitatem, excusando Magistrum P. φ non posuit nī trinitatem personarum, scilicet patrē, filium, & spiritum sanctum, quālibet per se & omnes simili sunt illa summa res & econuero. Ex quo patet quod ibi nō negatur quālibet quaternitas, cū omnes doctores catholici ponant quaternitatem relationum realium in diuinis, sed solum negatur talis quaternitas qualim imponebat Iohachim Magistro Sententiārum, & illa erat quaternitas personarū, quia nec alia intelligebat, nec intelligere poterat secundum principia quae tenebat, & hic est clarus sensus decretalis qui in nullo tangit questionē propositam cum in ea nihil penitus dicatur de differentia essentiā & relationis de qua quāsumus est, sed solum ibi agitur de numero personarū & confubitualitate eas. Itē si condēnaretur quaternitas rerū (quod tamē nū legitur) nō condēnaretur nisi quād tres personae & essentia sunt quatuor res, quia de hoc solum agitur ibi, & hoc non est contra concessā, quia non ponit φ essentia ponat innumerum rerum cum personis ita quod sit quarta res: essentia enim cā includatur intrinsecā in quālibet persona non ponit innumerum cum aliqua eaurū, alioquin idem numero numerarentur bis, scilicet secundum se & vt in alio quod est inconveniens, & ideo tres personae, & vna essentia non sunt quatuor res ad quem sensum potest ad plus extendi decretalis illa. Et si dicatur quod essentia nō potest prædicare de persona si relatio differet quo modo ab essentia, quia persona includit relationem quā non includit essentia. Dicendum est φ imo, quia cā relatio quā includit persona nō sit aliud q̄ realis nō das habēndi essentiam nō impedit prædicationem vniū de altero, nam sicut verum est dicere quod essentia habita sub tali modo est essentia & eadē, essentia est essentia sub tali modo habita ita verum est dicere quod essentia est persona & persona est essentia.

37. Ad quartam rationē dicendum est, φ pluralitas illorum quālibet est res propriè & simpliciter facit compositionem, sed illud quod est modus essendi solum cuī nulo facit compositionē nec tollit simplicitatem, vt prius declaratum, rūt quanvis nō sit idem convertibiliter vel quidditatuer, & formaliter cum re cuius est modus, & sic est de essentiā que est verissimē res & de relatione q̄ est modus habēndi essentia. Et quod ita sit pater specialis ratione quia nullus fidelis dubitat quin paternitas & filiatione & processio in diuinis differant realiter, & tamen nō solum in odē supposito nō est compositionē, sed tota literā Deo & à diuinis secundum totū suum ambitum tollitur compositionē, ergo non omnis realis differentia semper facit compositionem. Et si dicatur φ non oīs realis differentia facit compositionē, sed tantū illa que est plurim in eadem supposito quod nō est in diuinis. Contra, pluralitas realis nō facit compositionem in aliquo supposito, nisi quia talis pluralitas est in vna subsistētia, sed in diuinis non est nisi vna subsistētia, ergo sicut ratione realis pluralitas faceret compositionem in eadem supposito, eadē ratione faceret in diuinis secundū totum ambitum diuinorum, maior patet, quia oīs compositionē est duorū vel plurim quorū vnu est per se subsistens & oīs alia sunt ei inhaerentia, ita q̄ in omni compositione de qua loquimur est dare vnu per se subsistens respectu cuius alia quae inhaerentia compositionē cum eo & inter se. minor probatur per Aug. 5. de Trin. cap. 4. vbi dicit φ omnis res ad se subsistit quanto magis Deus, & cap. 5. in fine dicit quod hoc est Deo esse quod subsistere, & ita subsistere est absolute quod non plurificatur in diuinis, & sic in diuinis non est nisi vna subsistētia, & haec fuit minor, sequitur ergo conclusio, scilicet quod si quācumq; realis differentia faceret compositionem in eadem supposito, eadē ratione faceret in diuinis secundū totum ambitum diuinorum, quod nullus ponit.

38. Con-

## Lib. I. Distinctio XXXIII.

<sup>38</sup> Contra predictam tamen videntur esse quædam autoritates sanctorum. Dicit enim Hilarius. g. de trin. q. non humano modo ex compositis Deus est vt in eo aliud sit quod ab eo habetur, & aliud sibi qui haberet. Itē Boëtius p̄. de trin. ait, nihil in deo aliud p̄ter illud quod est neq; enim subiectum fieri potest. Item Aug. i. de trin. dicit q̄ si habetur in natura vniuersusque rerum, ut qui habet, hoc sit quod habet. Et Isidorus dicit quod Deus simpliciter dicitur, quia non aliud est ipse, & aliud quod in ipso est, ex quibus auctoritatibus videtur haberi quod nulla sit realis differentia inter essentiam & relationes quas habet.

<sup>39</sup> Ad hanc omnia & consumilia dicendum q̄ omnes iste auctoritates intelliguntur de absolutis quæ nullo modo differunt ab essentia nisi secundum rationes, rationes autem differunt ex natura resaltem secundum quid & cū determinatione aliquis trium predicatorum modo runt, vnde Augustinus. ii. de trin. illud quod ipse & alii sancti dicunt ait in quo ad semetipsum dicitur Deus & non ad alterum, hoc est quod habet sicut ad semetipsum dicitur vnius habendo vitam, & eadem vita ipse est. Illa autem sunt absolute in quibus ad semetipsum dicitur Deus & non ad alterum, & hac expostio non solum habetur expreſſe ex dicto iam allegato, sed etiam concordat his que dicta sunt prius, videlicet q̄ relatio vt relatio est non est quod habetur vel quod inheret, quia nō est quod sed cuius, vnde pater in quantum pater non est quod nec qualis nec quantus sed cuius, pater enim in quantum pater non est nisi filius, quia non est pater nisi filius, & ideo pro dicta auctoritates non intelliguntur de relationibus. Et si dicta auctoritates intelliguntur de relationibus, nihilominus non sunt contra prædeterminata, quia dato q̄ essentia sit idem quod relatio ab eis habita, non tamen sunt idem adæquatè & conuertibiliter, aut si sunt idem identicē non tamē idem sunt formaliter, quia differunt sicut res & modus habendi r̄ prout in præcedentibus extit declaratum & cū hæc differentia sit ex natura rei cirſcripto omni actu rationis necesse est dicere quod sit aliquo modo realiter, & qui negant hoc, videntur clare incidere in hæresim Sabellianam, quia impossibile est saluare quod paternitas & filiatio differant realiter inter se & non differant ab essentia ex natura rei, & sic realiter in hoc quod essentia est formaliter in qualibet persona per quam quilibet est Deus formaliter, & paternitas vel filiatione non est in qualibet persona formaliter, alioquin quælibet persona esset formaliter pater & filius, et sic periret diſtinctio personarum sicut posuit Sabellius.

### QVÆSTIO SECUNDA.

Vtrum proprietas relatiæ sint in essentia & in personis.

**S**ecundo queritur vtrum proprietas relatiæ sint in essentia & in personis. Et videtur q̄ non, quia omne quod est in aliquo est in eo secundum aliquum modum essendi in, sed nullus illorum modorum essendi in qui de terminatur à Philo. <sup>4</sup> Phys. potest assignari vel conuenientia modo quo proprietas dicuntur in essentia vel in personis, ergo &c.

<sup>2</sup> Iten omne illud in quo est relatio refertur, sed essentia diuina non refertur, ergo ad minus in essentia non est relatio.

<sup>3</sup> SED CONTRA. quod enim in personis sint relationes patet per auctoritatem Greg. qui dicit quod in personis proprietas, & in essentia unitas, quod autem sint in essentia probatur, quia in diuinis nō sunt nisi duo prædicamenta, scilicet substantia & relatio, cum ergo hec nō sint seorsim oportet quod vel substantia sit in relatione quod est absurdum dicere, vel q̄ relatio sit in substantia vel in essentia.

<sup>4</sup> RESPONSO. Videnda sunt tria. Primum est quod proprietas sunt tam in essentia quam in personis. Secundum per quem modum sunt in eis. Tertium erit in quo sint per prius, vtrum in essentia an in personis vel econuerso.

<sup>5</sup> QVANTVM ad primum sciendum est quod relationes sunt in personis & in essentia. De personis patet

## Quæſtio II.

<sup>98</sup> dupliciter. Primo sic, nihil constituitur formaliter nisi per aliiquid in eo existens, sed persona constituantur formaliter per relationes diuinæ vt probatum fuit supra, ergo relationes sunt in personis. Secundo sic, nihil refertur realiter nisi per id quod est in ipso, quod enim refertur solū per id quod est in altero refertur tātum secundum rationem, vt pater de scibili, sed persona diuina refertur realiter, ergo in ipsis sunt reales relationes, & haec ratio probat generaliter de omnibus relationibus, sed prima tantum de personalibus. Quod autem fuit in essentia patet sic, omnis relatio est in supposito relato mediante aliquo absoluto quod est fundamentum relationis, omnis enim modus essendi sicut in se sunt in alio sicut ad aliud requirit naturam absolutam in qua fundatur & mediante qua conuenientia cuicunq; conuenit, sed in supposito diuino nihil est absolutum nisi essentia, ergo relatio est in supposito diuino mediante essentia, si sic ergo est in essentia, quia eius est fundamentum.

<sup>6</sup> QVANTVM ad secundum, scilicet ad quem modum essendi reducatur. Sciendum secundum Hilariū q̄ comparatio terrenorum ad diuinam nulla est, vnde proprietas quando modus quo relationes sunt in personis vel in essentia non est alius illorum qui enumeratur à Philo. <sup>4</sup> Physic. reduci tamen potest secundum aliquam similitudinem sic. Modus enim quo relatio est in essentia reduci potest ad illum modum quo sanitas est in calidis & frigidis, est enim in eis sicut in fundamento, dicit enim comparisonem eorum debitam, sed in animali est sicut in subiecto, potest & reduci ad illum modum quo forma est in materia quantum ad aliquid, quia quādūcuntq; aliquid est constitutum ex pluribus oportet q̄ unum eorum se habeat aliquo modo ad alterū sicut forma ad materiam, sed persona constituitur ex essentia & relatione. Et ideo secundum nostrū modum intelligendi relatio se habet ad essentiam aliquo modo sicut forma ad materiam, multum tamen est hic de disimilitudine.

<sup>7</sup> De modo autem quo relatio est in persona. Scientiam quod quæda sunt relationes personales sicut paternitas, filiatio, & spiratio passiva seu processio, & haec sunt in personis sicut rationale in homine, & omnino differentia specifica in specie quā constituit. Itaq; enim formaliter constituant personas et distinguunt. Aliae sunt proprietates relationes sed non personales, vt spiratio communis & innascibilitas & haec sunt in personis modo quo accidens dicitur est in supposito eo q̄ tales intelliguntur aduenire suppositis iam constitutis, & in hoc habent aliquem modum accidentis quod aduenit rei post suum complectum esse.

<sup>8</sup> QVANTVM ad tertium sciendum quod relationes non sunt per prius in essentia quam in diuinis personis, neq; secundum rem, neq; secundum rationem, non secundum rem, quia sic in diuinis nihil est prius aut posterius, neq; secundum rationem vel secundum modum intelligentia, quia impossibile est principia intrinseca alias cuius rei praetelligere vt vñta ante constitutum ex talibus principiis, nec econverso, quia constitutum dicit terminum vñtionis eorum ex quibus constitutur, impossibile autem est intelligere q̄ vñio sit facta, & terminus vñionis non sit acquisitus nec econverso, sed relatio & essentia sunt constituta persona, ergo impossibile est praetelligere relationem in essentia antequam intelligatur persona constituta, sed necessario simul intelligitur vñtrumque. Vel potest sic formari ratio, impossibile est quod aliqua intelligatur vt vñta & non intelligatur ex eis facta alia quod vñ, quia omnis vñio tendit ad vñm proper quod nō terminatur nisi habito vñ, sed quicunq; intelligit relationem in essentia intelligit relationem & essentia vt vñta, ergo necessario simul intelligit aliquid vñi constitutum ex eis. Illud autem non est nisi persona, quare &c. Et declaratur hoc per simile, sicut enim in materialibus suppositis dicit aliquid constitutum ex materia & forma, sic in diuinis persona dicit quid constitutum ex essentia & proprietate relationis quasi ex materia & forma, sed impossibile est intelligere formam in materia nisi cointellegendo constitutum, nec constitutum nisi cointellegendo partes in constituto, quæ &c. Minor declaratur, quia impossibile est intelligere

M. 3. com

### Magistri Durandi de

compositionem nisi intelligendo compositum, nec compositum nisi intelligendo in ipso partes quarum visione ipsum est compositum, ideo &c. Notandum quod si relatio cum suo fundamento adueniret supposito iam constituto ut in creaturis, tunc relatio prius esset in fundamento quam in supposito.

9 A D primum argumentum patet solutio ex dictis.

10 Ad secundum dicendum quod omne illud in quo est relatio sicut in supposito relato illud refertur, non autem illud in quo est tantum ut in fundamento, relationes autem sunt in essentia sicut in fundamento soluunt, in personis autem sunt sicut in suppositis, & ideo solae personae referuntur & per consequens distinguuntur non autem essentia, & hoc est quod dicit Damascenus, quod proprietates sunt characteristicae, i.e. determinativae & distinctivae hypostaseos, i.e. personarum non autem essentiae.

### DISTINCTIONE XXXIII.

Sententia huius distinctionis in generali

& speciali.

**P**RÆdictis autem adiiciendum. Superioris Magister comparauit proprietas ad essentiam & personas, & hic vero comparat essentiam & personas adiuicem. Et dividitur in tres. Primo determinat suum intentum. Secundum incidenter determinat de nominibus translatiis. Tertio imponit tractatu de trinitate & unitate ad finem. Secunda ibi, Præterea scinduntur. Tertia ibi, de sacramento unitatis. Prima diuiditur in quatuor. Primo Comparat essentiam & personam quantum ad identitatem. Secundo quantum ad praedicandi modum. Tertiū subiungit quo modo communia in diuinis possunt appropriari, & ponit appropriationis rationem. Quartu incidenter determinat de quadam nomine communi. Secunda ibi, hic considerandū. Tertia ibi, Ex praedictis constat. Quarta ibi, sed non est prætermittendum. Prima diuiditur in tres. Primo ponit quorundam errorem. Secundo confirmat. Tertiū solvit. Secunda ibi, si enim iniquum. Tertia ibi, hic quidam dicunt. Et ultima diuiditur in tres. Primo respondet ad auctoritatem. Secundo respondet ad rationem in contrarium adductam. Secunda ibi, non ergo secundum corporalem. Tertia ibi, nec tamem differentem. Hæc est diuisio littera in generali.

2 IN speciali vero sic procedit & proponit primo quod quidam dixerunt essentia & personam non esse idem. Postea confirmat hoc dictum, si enim eadem essentia est pater & filius, ergo eadem res generat & generatur, ad hanc facit autoritas Hilarii, dicens quod res natura & natura non sunt eadem vel idem, sed diuina persona est res natura, essentia autem dicitur ipsa natura, ergo differunt. Recipit quod verbum Hilarii est intelligendum in creaturis non in diuinis. Postea confirmat hanc in diuinis secundum Hilarius, res natura idem est quod natura scilicet natura ad existens res natura pater & filius est ipsa diuina natura, ipse enim Hilarius dicit quod Deus non est aliud ab his quae sibi in ipsis sunt, id est, a creaturis. Deinde respondet ad rationem dicens quod secundum rationem essentia & hypostasis differunt, & quod genera & generata conueniunt in substantia non tamen in personalitate. Postea querit cum tres personae dicuntur una essentia & unus deus utrum sicut dicitur una essentia trium personarum & tres tamen personae vnius essentiae, ita posset dici unus deus trium personarum vel tres personae vnius dei. Et respondet quod non, quia sic significatur Deus in aliqua habitu dine principi respectu personarum, nec est simile de essentia quia est alius modus significandi nomine dei, & alius nomine essentiae. Postea subdit quod potentia, sapientia, bonitas, sunt communia in diuinis, appropriantur tamen aliquibus personis, potestia enim appropriatur patri, quia in creaturis patres solent infirmi, sapientia appropriatur filio, quia in creaturis propter iuuentutem solent esse ignorantes. Bonitas vero appropriatur spiritui sancto, quia spiritus inflammationem & tumorem dicit in creaturis, unde per contrarium hoc dicitur in diuinis. Postea dicit quod hoc nomine homousion ab antiquis primo fuit cœlestium, tandem propter malum intellectum fuit damnatum, sed finaliter propter veritatem rei fuit receptum. Postea dicit

### Sancto Porciano

quod de nominibus translatiis non vult aliquid dicere, nisi quod assignata est ratio secundum quam transferri videntur. Ultimum dicit se insufficienter determinasse de sacramento trinitatis & unitatis diuinæ, &c.

### QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum suppositum & natura differant realiter in creaturis.

Citat. 3. q. 4. ar. 2. Hen. quodl. 4. q. 3. cap. 3. d. 5. q. 3.

**C**irca distinctionem istam queritur de tribus principiis paliter. Primum est de comparatione personæ ad essentiam ad essentiam diuinam. Secundum est utrum contingeret dicatur quod sint tres personæ vnius essentiae. Tertium est de nominibus translatiis. Quantum ad primi sciendū est quod cum persona comparetur ad essentiam sic ut suppositum ad naturam. Primo queritur de comparatione suppositi ad naturam in creaturis quae sunt nobis notiores. Et secundo de comparatione personæ ad essentiam diuinam. Ad primum sic procedit & arguitur quod suppositum & natura differant realiter in creaturis, quia illa quorum vni attribuitur aliquid reale quod non attribuit alteri differunt realiter, sed natura & suppositum in creaturis sunt huiusmodi, quia supposito attribuitur age re non tamen natura, ergo differunt realiter.

2 Item filius Iesu assumptus humanam naturam & non assumpsit humanum suppositum, ergo non sunt idem suppositum & natura.

3 Item suppositum & natura se habent sicut habens & habent, homo enim significat ut habens humanitatem, & humanitas ut quod habetur, sed in solo Deo sunt idem quod habet & quod habetur, non autem in creaturis, ergo in solo Deo idem sunt suppositum & natura, non autem in creaturis.

4 IN CONTRARIUM arguitur, quia idem importatur per nomen hominis & eius definitionem, sed per definitionem hominis non importatur nisi quidditas & natura (quia definitione indicat quid est res) quid autem querit de quidditate, ergo sola quidditas vel natura importat per nomen hominis quod est nomen suppositi.

5 RESPONSO, noradum quod suppositum & natura possunt accipi duplicitate. Vno modo ut suppositum concretum dicatur, ut homo vel hic homo, & natura dicatur abstracta ut humanitas vel hic humanitas, & hoc modo querere quomodo se habeat suppositum ad naturam est quod rere quomodo se habeat quidditas ad id cuius est sine ad habens quidditatem. Alter modo possunt accipi sive ut suppositum dicatur singulare (ut hic homo vel hic humanitas) & natura dicatur quid commune vel universalis, ut homo vel humanitas, & sic querere quid addit suppositum vel naturam est querere de principio individuationis.

6 QVANTVM ad primum articulum solum trahabitur nunc quicunque, quia quantum ad secundum tractatur in 2. lib. de materia. Quantum ergo ad primum sciendum est quod de comparatione suppositi ad natum accipiendo suppositum pro concreto ut hominem, & naturam pro abstracto ut humanitatem verum sit: idem an non, sunt plus modi dicendi. Vnus est quod suppositum differat realiter a natura, quia intendit in se realiter aliquid quod differt realiter a natura, f. esse, & alia accidentia que sunt extra rationem naturæ, & hoc declarantur duplicitate. Vno modo per dictum Aristotelis in 7. metaphysica dicitur quod in dictis per se sunt idem realiter quidditas & habens quidditatem non autem in dictis secundum accidentem. Ex quo volunt accipere quod in omni natura cui potest aliquid accidere extra rationem eius existens, differat realiter suppositum & natura, quia in ratione suppositi non solum includitur natura, aut illa quae ad rationem naturæ & speciei pertinent, sed etiam illa quae accidit naturæ in supposito, & quia in omnibus rebus realiter aliiquid accidens quod non pertinet ad rationem speciei & naturæ, pertinet ad suppositum, ideo in omnibus rebus realiter differunt suppositum & natura. Secundo declaratur idem, quia si suppositum esset idem realiter cum natura in creaturis tunc abstractum praeditaretur de concreto dico homo est humanitas, hoc autem non dicimus, ergo &c.

7 Sed